

ueniam measque litteras a necessitate expressas in
 optimam partem accipiat. Submissis igitur TE
 RECTOR MAGNIFICE, VOSQUE PATRES Academia
 CONSCRIPTISSIMIS, rogo atque im-
 ploro, ut stipendium quod Hammerianum vocatur,
 quodque studioso litterarum, qui in ludo thomano
 alumnus uersatus fuit, tribui sancitum est, mihi
 omnibus rebus ad vitam maxime necessariis desti-
 tuto, uestris suffragiis impertiendum censeatis.
 Quod si a VESTRA benignitate impetrauero,
 non meam solum subleuaueritis miseriam,
 sed etiam, ut patriae, VOBIS, meis denique
 studiis pie susceptis satisfacere possim, effe-
 ceritis. Verum sic me geram beneficiumque illud
 meis studiis tam necessarium ita collocabo,
 ut me dignum VESTRA benivolentia praebeam.
 Ceterum, quod pietas erga VOS summa postu-
 lat, Deum rogo atque rogabo, ut VOS PA-
 TRONOS OPTIMOS saluos felicesque seruet, sua
 que immersa benignitate atque providentia
 ILLUSTRES VESTRAS domos beate ac se-
 cundet. Qui sum

VESTRORVM NOMINVM,

Lipsiae,
 Die XXX. Mensis
 Martii
 A. MDCCXXVIII.

addictissimus,
 Joannes Guilelmus Cuius,
 S. S. Theologiae cultor.